QUATVOR Huius paginae columnarum prima ad laeuam conti-
net elementorum figuras, primo quidem loco maiusculas, quibus uti solent
in scribendis nominibus propriis, initiis periodorum & versuum, ac titulis
sive inscriptionibus librorum: deinde sequuntur minusculæ, quibus ubique
vtuntur, etiam ubi maiusculæ locum habent, nisi in principiis orationum:
µ tamen & ς in fine tantum ponuntur. Secunda ac tertia columna continent
nomina literarum: secunda quidem Græcis characteribus, tertia verò Latinis
in rudiorum gratiam. Porro quarta columna ad dexteram elementorum po-
testatem siue valorem complectitur, quo pacto scilicet debeant enuntiari. De

Maiuscularum
literarum vsus.

Litera minu-
scule.
Figurarum µ
& ς sedes.

qua re variae sunt hodie ac multiplies Grammaticorum opiniones, dum quidam curiosè nimis ad antiquam pronuntiandi rationem omnia volunt reuocare: cum tamen ipsi prorsus incerti sint quo pacto prisci illi hæc pronuncia- rint: & coniecturæ sint admodum ieiunæ. Illis itaque non est fides adhibenda, nisi prius priscorum aliquem ab inferis excitariint. Quare adolescentes huiuscæ rei cupidos (cum hæc omnia potius viua voce, quam librorum lectio- ne possint percipi) ad doctos Græcarum literarum professores remittæ. Qui verò illis destituuntur, & proprio Marte linguam Græcam discere coguntur, pronuntient elementa Græcæ more Latinorum Græcis in hac tabella respondentium. Cæterum in quibus discrepent paucis perstringam. β profer- tur vt u consonum, sed illius sonus magis accedit ad b, quàm ad f. γ hodie omnino proferitur vt g: quidam tamen ante ε, η, ι, & similes, efferunt vt Latini suum g ante a, o, vel u. aliquando pronuntiatu vt n, vt videbis apud CLENARDVM in sequentibus. δ proferitur hodie à doctis blesius quàm d nos- trum, nempe lingua posita inter dentes cum quodam sibilo: ego malim vt d Latinum pronuntiare. ζ debet sonum literarum δσ non σδ retinere, vt ξ, κσ, & ψ, πσ, non autem σκ, σπ, ηι, & υ, atque diphthongi ει, ει, ηι, & υι sonant hodie vt i vocale apud Latinos: consonantis verò nunquam naturam induunt: propriè tamen vnicum deberet respondere nostro i: u verò & y magis accedere ad sonum e: sic σ & υ ad sonum u, vt à Gallis proferitur: in ε autem & u debuerat vtraque vocalis aliquo modo audiri. θ debet prolatione à τ & δ discerni: nam magis sibilat & spumofiori spiritu effertur. κ ante ε, η, ι, & c. sonat vt ante α, nempe vt k vel q. ξ vt es, non vt è nostris quidam proferunt x in (exercitus) & similibus, dicentes egzercitus pro ecsercitus. ο & ω hodie prolatione non dis- tinguantur, veluti neque α breue & α longum. α vt s in (sum) etiam inter duas vocales, non vt nostri faciunt, qui miser, qui miser proferunt. φ effertur hodie vt f: tamen illius sonus ad prolationem π debet accedere. χ ante ε, η, & c. vt ante α.

Vocales longæ η, ω, Breues ε, ο. Ancipites α, ι, υ: quæ & communes dicuntur, quòd modò sint longæ, modò breues.

DIPHTHONGI

Propriæ,	Impropriæ,
αι, αυ, ει, ου, οι, ε.	α, η, ω, ηυ, υ, ωυ.
αυ, αυ, ι, eu, ι, u.	α, ι, ο, ιu, ι, ou.

In αυ, ου, ηυ, ωυ, pronuntiatu vt u, vt u' consonans.

Vocales præpositiuæ α, ε, η, ο, ω, propterea quòd in diphthongis præponantur. Subiunctiuæ au- tem ι, υ, quòd subsequantur. Faciunt verò per se syllabam, quoties duobus in apice punctis no- tātur, πᾶις παίς, πῦερ vel πῦελλα, διπύρος, ἀπύνος, ἰνσόνις, trisyllabū. Cæterum in tribus

Literarum pro-
nunciatio vnde
petenda.
Potestas siue
pronunciatio qua
vndā literarum.
β
γ
δ
ε
η, ι, υ, ε, ι, η, υ
π, σ, φ
χ
Septem voca-
lium diuisio.

Altera voca-
lium diuisio.
Annotatio da
i. et u in die-
resi.

α, η, ω, iota non ad latus affigitur, sed infrà sub-
scribitur.

VT Si ex dictione Latina (aue) reiciatur e, atque in au, r etineatur pro-
nuntiatio quæ erat in integro, aue. Rectius, meo quidem iudicio, faciunt,
qui hinc pronuntiant vt u in diphthongis Latinis au, eu, audio, euge. Porro
diphthongus non proferitur vt Galli proferunt u Latinum in dictione (do-
minus) sed veluti ou in dictionibus Gallicis (nous, vous) aut vt irab Italis effe-
tur. Supple, Quauis dictum sit dici subiunctiuam quòd subsequatur.

Tenues π, κ, τ. }
Mediæ β, γ, δ. }
Aspiratæ φ, χ, θ. }
Liquidæ, siue immutabiles quatuor, λ, μ, ν, ρ.

MVTÆ Appellantur aut Tenues, aut Mediæ, aut Aspiratæ quadam
relatione, non quidem habita ratione vnius tenuis ad alteram tenuem, sed te-
nuis π, ad mediam β, & aspiratam φ. nam hæc tres magnam habent inter se affi-
nitatem, & facile vna migrat in alteram, quippe quæ eodem instrumento vo-
cis proferantur, nempe labiorum adminiculo, atque sola spiritus intensio-
ne vel remissione differunt. nam in prolatione φ, maximam spiritus copiam, in
π minimam, in β medio crem adhibemus. Eadem est ratio secundi ordinis
mutarum κ, γ, χ, quæ palati, ac tertij τ, δ, θ, quæ dentium auxilio proferuntur.
Quòd dico verum esse deprehendetur, si vnicuique ordini præponatur vocalis,
hoc modo, απ, αβ, αφ: & ακ, αγ, αχ: atque ατ, αδ, αθ.

Hinc colligitur quidam debere proferri blesius quàm d Latinum: & in
prolatione ζ, sonum σδ debere aliquo modo retineri. Adde quòd Dores con-
funderent ζ cum σδ, & verba in ζω per σδω efferrent. Verum ego illis potius
assentior qui per literarum metathesin id fieri asseuerant, σδω pro δσω: atque
idcirco malim ζ, δσ, quàm σδ valere. Æoles autem verba in αω efferunt per
ζω: vnde ζ creditur valere non solum σδ, sed etiam duplex αω. Magnam
habet cognationem cum secundo mutarum ordine κ, γ, χ. nam sæpe ex illis
constatur aut in eas dissoluitur, vt satis constat ex verbis in κω, γω, χω, quorum
futurum habet ξω, pro κωω, γωω, χωω: & ex nominibus finitis in ξ, quorum ge-
nitius est κος, γος, χος, non ξος. sic se habet ψ cum π, β, φ, primo mutarum or-
dine. Appellantur Liquidæ eadem ratione qua apud Latinos l, m, n, r: quòd
post mutam positæ quasi liquescentes ac euanescentes vim consonantis inter-
dum amittant, neque vocalem præcedentem longam efficiant, vt alix conso-
nantes. Immutabiles autem dictæ sunt, quòd non tam facile mutantur quàm
alix consonantes in inflexionibus nominum & verborum, sicuti planum fiet
ex sequentibus.

DE ORTHOGRAPHIA ET
Consonantium nexu appendix.

QVONIAM Ex consonantium mutua quadam affinitate vel o-
dio, vt ita dicam, penè infinita literarum mutationes oriuntur, dum scilicet
duæ aut tres consonantes non possunt inter duas vocales, vel in principio di-
ctionis ante vocalem propter mutuam odium consistere, cum cognatæ pro-
pter mutuam inter se affinitatem gaudeant coniungi & inuicem combina-
ri, volui paucis perstringere, quæ consonantes simul possunt inter duas voca-
les, vel in principio dictionis collocari, & quæ non: ac si inter duas vocales re-

Annotatio de
ε, siue puncto
subscripto.

v quomodo pro-
nuntietur in
diphthongia.

Consonantium
diuisio.

Muta quare di-
cantur Tenues
Mediæ vel A-
spiratæ: & ear-
um affinitas.

Annotatio de
δ, ζ, & σδ,
Dorsimus.
σδ pro ζ.
Æolisimus.
ζ pro αω.
ξ

Liquida quare
sic vocantur.


Immutabiles
cur quoque di-
cantur.

Consonantium
mutatio vnde
oriatur.

Consonantium
nexus.

periantur, num ad præcedentem, an ad sequentem syllabam, illarum prior pertineat: ut in πύπω, id est, verbero, num π, syllabam præcedentem πύ, an sequentem πω, sequatur. Quæ res profectò est animaduersione digna: cum ad veram orthographiam non parùm conducatur, & ad intelligendas, tam in nominibus, quàm in verbis, varias consonantium inter se mutationes, penè necessariâ videatur. Primò itaque sciendum, quòd si duæ mutæ debeant simul poni, vt vna alteram consequatur necessariò tenuis præcedet tenuem, vt τένυπώ, verberatus est, pro τένυπώ: vel propriam aspiratam, vt Σαπρω, Sappho, pro Σαφρω: & media mediam, vt ἑβδομος, septimus, non ἑπιδμος, licet veniat ab ἑπτα, id est, septem, ἑβδομος, octauus non ὀκταδος, ab ὀκτώ, octo: atque aspirata aspiratam, vt ἐπύπλω, verberatus sum, pro ἐπύπλω. non tamen quauis tenuis quamuis tenuem, aut media mediam, vel aspirata aspiratam antecedit. nam τ, δ, θ, nunquam primum inter affines, sed semper secundum locum occupant, vt ex πένω quidem, inserto per pleonasimum τ ante ω, & mutato i in e, dicam πέντω, id est, pario. vbi τ sequitur aliam tenuem κ: in πέντω verò posito π ante ω, non possum dicere πέντω: nam τ præcederet aliam tenuem, quod fieri non potest. itaque dicendum πέντω, id est, cado vbi τ secundum locum occupat. Præterea vnaquæque tenuis, vel media potest seipsam præcedere: vt ἵππος, equus: ἐκκλησία, ecclesia, cœtus: γλώττα, lingua: ἄλλαλον pro ἀνίκαλον, reiecit: ἀγγέλος, nuntius: ἀδδλω, satis. aspirata verò nunquam seipsam præcedit: non enim dicere possumus Σαφρω, sed Σαπρω. Hoc quoque sciendum, quassibet duas mutas inter duas vocales positas (modò eadem non geminetur, vt ἵππος, aut tenuis aspiratam præcedat, vt Σαπρω) ambas ad sequentem syllabam pertinere, vt πύπω: præter γδ, vt quibusdam placet, qui nituntur regula generali, quæ ait: Duas aut tres consonantes nunquam ad syllabam sequentem pertinere, nisi aliqua dictio Græca incipiat ab illis consonantibus: si verò illæ reperiantur in principio alicuius vocabuli, quum erunt inter duas vocales, semper ad syllabam sequentem pertinebunt, nisi in compositione: vt in πύπω, verbero, & ἀσρον, astrum, πῖ & σρ pertinent ad syllabas sequentes: quia multæ dictiones Græcæ incipiunt à πῖ, & σρ: vt πῖμι, volo vocalis, & σρῖφω, verito, & aliæ multæ. In compositione verò, vt ἐκρίω, effluo, & ἔκρῖω, κ pertinet ad præcedentem ratione compositionis: quanius κ & ρ inueniantur in principio multarum dictionum, vt κερῖω, potens sum, &c. imò vnica consona ratione compositionis ad præcedentem syllabam pertinebit, quum inuenietur inter duas vocales, vt in ἐξάγω, educo, ξ pertinet ad præcedentem, nam dictio componitur ab ἐξ & άγω. Cæterum nullum vocabulum Græcum incipit à γδ: ideo iuxta eorum sententiam, γ trahetur ad syllabam præcedentem. Et hæc tenus, vel mutis: pergamus ad duplices, liquidas, & σ. Duplices nunquam inueniuntur in principio dictionis coniunctæ cum aliqua consonante. Itaque in medio dictionis positæ inter duas vocales cum aliqua consonante, non possunt coniungi, ita vt ad syllabam sequentem pertineant: vt in ἄλλῃς, tractus, & ἔξπους, sex pedum, λξ & ξπ non possunt trahi ad syllabam sequentem. quare diuidantur necesse est, ἄλ-ξῖς, ἔξ-πους. Idem iudicatio de aliis. Liquidæ λ, μ, ν, ρ consonantem præcedentes, vt ἀρῖς, panis, nunquam ad syllabam sequentem pertinent, præter μ, vt μνά, mna mina: ἀ-μῖος, agnus. Quum verò consonantem sequuntur, illæ & consona præcedēs ad syllabam sequentem trahuntur, vt πα-τρῖς, patris, modò non sequantur aliam liquidam: nam tum diuiduntur, præter μ, vt dictum est, veluti ἀρ-μῖς, currus. Si verò sequantur duas consonantes quæ per se traherentur ad syllabam sequentem, cum liquida coniunctæ ad sequentem quoque omnes trahentur, vt ἀ-σρον. nam σ & τ ad sequentem pertinerent, vt patet ex σῶλη, columna. Quidam hinc excipiunt δλ, vt ἰδδλῖς, bonus: quia nullum vocabulum Græcum incipit à δλ: quanius δ interdum in principio dictionis inueniantur, vt δένω, possum, & ideo ad syllabam sequentem pertineant, quum inter duas vo-

Mutarū connexidarum ratio.



π, φ, β, γ, δ, θ, τ, δ, θ, quo loco ponantur.

Quæ mutæ geminentur & quæ non.

Duæ mutæ inter duas vocales ad quæ trahantur.

Regula generalis de consonantium connexionu.

πῖ, σρ.

Compositionis vis in consonantium, aut consonantis distinctione, vt ἐκρίω, ἐξ-άγω.

Liquide cum alia consonante neclunde, aut ab ea distinguende ratio.

Δ δλ nulla dictio incipit.

cales solæ reperiuntur, vt ἀδδλῖς, debilis. Idem iudicium est de δμ, vt ἀδδμῖς, anhelitus. nulla enim dictio incipit à δμ. Tamen regula illa generalis supra posita (quod bona illorum venia dixerim) eos, qui illa nituntur, aliqua ex parte fallit. nam quanius verum esse, sicuti est, fatear, consonantes quæ in principio coniunguntur, in medio quoque, nisi compositio obstet, debere coniungi: veruntamen regula conuersæ non possum assentiri, nempe consonantes in medio diuidendas, quæ in principio non inueniuntur coniunctæ. nam si hoc esset verum (cùm δμ nunquam in principio inueniantur) ἑαδμῖς, gradus, & ἀδδμῖς, necessariò sic diuiderentur, ἑαδ-μῖς, ἀδδ-μῖς, quòd & absurdum est, & omnium Grammaticorum canonibus contrarium, qui vno ore affirmant, Nullam syllabam in aspiratam definire. Quare meo quidem iudicio γδ, δλ, & δμ poterunt coniungi, ἑ-γδδῖς, ἑ-δλῖς, ἀ-δδμῖς. Nunc dicendum quas consonantes liquidæ possint præcedere ac sequi, & quias non: ac primò quidem vnaquæque liquida seipsam præcedit & sequitur in medio dictionis: in principio verò aut fine, nulla profus consona geminatur. Porro λ præcedit omnes consonantes præter ζ, ρ, ψ: sequitur autem omnes mutas præter δ: sed duplices aut σ nunquam sequitur. μ præcedit tantum tres mutas π, β, φ, vnam duplicem ψ, & vnam liquidam ν: sequitur sex mutas κ, γ, χ, τ, δ, θ (sed χ non nisi rarissimè) duas liquidas λ, ρ, & σ: alias consonantes nunquam aut præcedit aut sequitur. ν præcedit tantum tres mutas τ, δ, θ, & σ: alias consonantes nunquam: sequitur verò omnes mutas præter β, omnes quoque liquidas: duplices verò aut σ, nunquam. ρ præcedit omnes consonantes, præter ζ, λ: sequitur autem omnes mutas, at post alias consonantes nunquam inuenitur. Et hæc de liquidis. Porro σ tantummodo mutas & μ præcedit, atque cum eis ad syllabam sequentem trahitur: sequitur verò solum tres liquidas λ, ν, ρ, idque rarò: cum aliis autem consonantibus nunquam connectitur: ipsum tamen sæpe geminatur, γλῶσσα, lingua.

δμ nunquam in principio dictionis. Regula, de consonantium connexionu, pars aliqua confutatur. Αδδμ dictio non incipit.

Nulla syllaba in aspiratam definit. Lique cum aliis consonantibus. Literæ geminate non connectuntur.

σ cum aliis consonantibus.

Canones pronuntiationis.

Accentus tres: Acutus ' Θεός, Theós, Deus: λόγος, lógos, sermo: τυ'πτομεν, ty'ptomen, verberamus. Grauis ' τιμή, timì, honor. Circumflexus ~ ποιῶ, piò, facio: βοᾶτε, voâte, clamatis. Acutus & circumflexus attollunt syllabam quam afficiunt, grauis deprimit. Spiritus duo, Asper siue densus ' ἄμα, hama, simul. Lenis siue tenuis ' ἐγὼ, ego, ego. Semper autem vocalis aut diphthongus initio dictionis alterum possidet è spiritibus. Consonans ρ in principio quidem aspiratur, ῥώμην rhomi, robur: in medio verò si geminetur, priore loco leuigatur, posteriore aspiratur, πόρρω porrho, longé.

Accentus Acutus.

Grauis. Circumflexus.

Spiritus. Asper. Lenis. Spirituū sedes vocales, diphthongi & ρ in principio, ac ρ geminum in medio dictionis.

P Non semper in principio aspiratur, vt Author ait. Nam si secunda quoc...

ρ initiale quando leuigatur.

que syllaba incipiat à ρ in aliquo nomine, tum primum ρ leuigatur: vt ραρια, ράριον, ράριος, ράριος, Ceres, puer, robustus, vehemens. Verum nulla præter hæc quatuor inuenies. Cæterum ρ simplex in medio dictionis (de quo Author nihil loquitur) nullo spiritu notatur, sed intelligitur habere tenuem: tamen apud poëtas in optimis exemplaribus interdum iauenies vnicam ρ cum spiritu aspero in media dictione: sed id fit solum, dum poëtae metri gratia ex gemino ρ primum subtrahunt, vt ἀρεκτον, pro ἀρρεκτον, imperfectum: & sic de aliis.

τ medie dictionis que spiritum habeat. Tonicum & quædo aspietur in medio.

Apostrophum.

φ } in } φ
κ } } κ
β } } β

1 Apostrophos, nota est reiectæ vocalis α, ε, ι, ο: aut diphthongi α, ο: quod fit ob sequentem vocalem, quæ si aspietur, migrat præcedens tenuis in aspiratam, πάντα ἔλεγον, omnia dixi, πάντ' ἔλεγον pandelegen (prolatio enim est in morem vnicæ dictionis) ἀπὸ ε̄, ἀ φμο, ἀ φ̄ ε̄: κ̄ ε̄ ε̄, cōtra quem, κ̄ ᾱ θ̄ ε̄: νύκτα ὄλω, noctem totam, νύχθ' ὄλω.

Vocales per apostrophum reiectarum quatuor breues.

1 VOCALIS Quæ per apostrophum reiciuntur, aut sunt natura breues, vt ε, ο: aut ancipites correptæ α, ι: aut diphthongi α, ι, quæ in ratione accentuum habentur in fine pro breuibz, & apud poëtas sæpe corripuntur, dum sunt finales: longa enim per apostrophum non eliditur. Si vocalis, inquit, sequentis notetur spiritu aspero, & reiecta vltima vocali præcedentis dictionis remaneat in illius sine aliqua tenuium mutarum π, κ, τ, migrabunt tenues in proprias aspiratas φ, χ, θ. Reddit rationem quare scripserit literis Latinis pandelegen vnicæ dictione, cum in Græco sint duæ: quia, inquit, in huiusmodi apostrophis prolatio duarum dictionum est in morem vnicæ. imò (quod magis mirabere) consona præcedentis dictionis vltima pertinet ad syllabam sequentem, non ad præcedentem, vt ἀ φ̄ ε̄, neque solum vltima, sed etiam penultima, modò possit coniungi cum vltima, vt νύχθ' ὄλω. nam χθ̄ facillè (vt in superioribus dictum est) coniunguntur: sed in πάντ' ἔλεγον, τ̄ trahitur ad præcedentem. nam τ̄ non coniunguntur. Ratio quare ad sequentem ita trahantur, est, quia prima sequentis dictionis vocalis succedit in locum abiectæ. æquum est igitur vt consonantis, quæ ad vocalem abiectam referebantur, nunc ad vocalem sequentem trahantur, & non ad præcedentem: ex hoc enim absurdum sæpenumero sequeretur syllaba in aspiratam desinente, vt in ἀ φ̄ ε̄ & νύχθ' ὄλω: quod nunquam in pure Græcis potest contingere. nam ἰωσὴφ, ἐνώχ & ἰούθ, Ioseph, Enoch & Rhuth, Hebraïca sunt & non Græca, pro quibus Græci dicerent ἰωσῆφος, ἐνώχος, ἰουθ̄ος, & Latini Iosephus, Enochus, Rhutha. Porro in ἐνώχ ὄπως; nonne ille? & similibus, χ trahitur ad syllabam sequentem, quanuis apostropho non notetur: re vera tamen apostropho nota intelligitur, & ούχ pro ούχθ' dictum est. solum enim interdum apostropho nota abiici, vt διὸ pro διθ̄, ideo: κεδάπτω pro κεδθ̄ ἀπαν, omnino: κεδάπτει pro κεδθ̄ ἀπτει, profus: κεδάπτω pro κεδθ̄ ἀπτω, quemadmodum: αἰδῶν, pro αἰθ̄ ὄν, eo quòd: quæ exempla satis manifestè declarant consonantes syllabæ apostrophum passè ad sequentis dictionis vocalem pertinere. nullus enim non videt in αἰδῶν, θ̄ nec tendendum cum ω, αἰδῶν, & non cum, α, αἰθ̄ ὄν. Dictiones quoque monosyllabæ quod dicimus, necessariò verum esse per se satis indicant, vt σι, τε, σ̄ ἰγῶ, te ego: vbi σ̄ non potest nisi ad syllabam sequentem trahi. Hæc pluribus sum prosecutus, quòd viderem ab omnibus ferme Typographis, qui orthographiæ maximè student, id aliter obseruari. Illis verò imponit compositionis regula perperam intelle-

Consonantes syllabæ apostrophum passè ad quam vocalem pertinent.

Quæ desinunt in aspiratam, Græca nō sunt.

ὄχ pro ὄχθ'. Apostropho nota abiectæ.

Typographi orthographiæ obseruatores.

intellecta. cum enim videant ab omnibus vno ore receptum esse, vt vltima consonans harum præpositionum, ἐν, εἰς, ἐξ, ἀπὸς, σὺν, ὑπὲρ in compositione ante vocalem posituram, non ad sequentem sed ad præcedentem vocalem ratione compositionis trahatur (vt ἐν-ἀγω, induco: εἰς-ἀγω, introduco: ἐξ-ἀγω, educo: ἀπὸς-ἀγω, adduco: σὺν-ἀγω, conduco, id est, simul ducō: ὑπὲρ-ἀγω, supero) credunt eandem esse rationem in περὶ, transeo: κενὸν, deduco, & similibus, & à fortiori in apostropho, vt ἐν' ἐμοί, in me. Verum ratio non est eadem. nam in ὑπερὶ, ρ iungitur cum ε: quia ante compositionem cum eo iungebatur, in περὶ verò, ρ non adheret cum πε, sed cum α finali: quare in compositione aut apostropho, non cum πε, sed cum vocali quæ in locum α succedit, connectetur. Et de his hæc tamen. Obiter tamen & illud addam, vocalem acutam quæ per apostrophum abiicitur, in nominibus quidem retrahere accentum in penultimam, δ'ενά, δ'είν' ἴμ, grauius verba: in aliis verò dictionibus vnà cum vocali accentus quoque abiicitur, δ'εν, ἀφ' ε̄.

ρ in ὑπερ-ἀγω, cum præcedenti syllaba, ρ in περὶ, cum sequenti neciuntur. Num accentus vocalis abiectæ abiicitur.

15 Gamma γ ante γ, ξ, χ, sonat perinde vt n: ἀγγελος angelos, nūcius: λύγξ lynx, singultus vel lynx fera: ἐγχος enchos, hasta. sic ante κ, sed ipsum κ sonandum vt g, πέφαγκα pephanga, apparui.

Diversa quarundam literarum pronuntiatione diuatio. γ vt n κ vt g

Tau τ post ν, vt d: τὸν τάνταλον ton Dandalon,

τ vt d

20 Tantalum.

ν vt m

Ny ν ante β, μ, π, vt m: τὸν βίον tom vion, vitam: τὴν μερίδα tim merida, particulam: τὸν πίθον tom bithon, per b, dolium.

π vt b

Pi π post μ, vt b Latinum: πέμπω pembo, mitto.

25 Ito. Itidem post ν in diuersis dictionibus: τὸν πίθον tom bithon, dolium.


CREDO Græcos olim non ita γ ante κ, γ, χ, ξ, protulisse: sed potius scripserunt γ pro ν ante has literas, quia, vt proferrent vt γ: vel certe quòd ν natium sonum hic non retineret. est enim difficillimæ pronuntiationis, si ponatur ante aliam consonantem, vt licet ex præpositione Latina: con in compositione coniciere. Qui linguam Hebræam callent, hoc apertius nōrunt: vix enim apud illos reperias n ante aliam consonantem: sed ferè semper illud mutant in consonam quæ sequitur, vt faciunt Latini in collaudo. Imò Græcè (vt antea diximus) nunquam ponunt ν ante aliam consonantem in eadem dictione nisi ante aliud ν, & ante tertium ordinem mutarum τ, θ, & aliquando ante σ: sed mutant ν in aliquam aliam consonantem, vel illud omnino elidunt, vt poteris colligere ex σὺν, cum, & ἐν, in, in compositis: de quibus copiosè C. L. NARDVS in tractatu de Inuestigatione thematis in voce συνηγνυσαί, confringi. Interdum verò aliam consonantem inferunt: vt ἀπὸς, viri, pro ἀπὸς. Modò diuersè ille dictiones puncto non diuidantur. nam si dictione periodum claudens desinat in ν, & prima litera alterius sententiæ sit π, hæc regula non habebit locum, neque etiam præcedentes, si simile quidpiam contigerit. Imò è doctioribus multi hodie diuersam hanc literarum γ, κ, τ, ν, π, pronuntiationis rationem neque obseruant, neque obseruandam censent.

γ pro ν positum, & quare.

Hebraïsmus.

Collaudo pro conlaudo. ν non præcedit nullam consonantem præter ν, τ, θ, θ, σ: ante alias aut mutatur aut eliditur, aut tertia consonans inseritur. Insueta literarum pronuntiatione vbi loci habeat.

PARTES ORATIONIS OCTO,



Omen, Verbum, Participium, Pronomen, Articulus, Adverbium, Coniunctio, Prepositio.

Casus quinque,

Nominatiuus, Genitiuus, Datiuus, Accusatiuus, Vocatiuus. siquidem Ablatiuo Græci carent.

Numeri tres,

1 Singularis, Dualis, Pluralis. 2 Vtimur Duali, quum de duobus est sermo. 3 In duali vox eadem nominatiui, accusatiui, & vocatiui: itidem genitiui & datiui. Sic in plurali semper nominatiuus idem cum vocatiuo.

Annotatiuncula in partibus orationis per casus declinabiles.

1 sus numeri dualis.

Orationis partes, & earum accidentia Græcè & Latine.

Species. Figura.

Numerus. Persona.

Genus.

Casus.

Tempus.

Genus. Modus.

Pluralis pro duali, non contra.

1 LIBVIT Hoc loco partes orationis atque earum accidentia Græco sermone subiicere: vt Græca Græcè possis inflectere, neque Latinas accidentium voces cogaris admiscere. Octo igitur orationis partes sic à Græcis appellantur, ὄνομα, ῥήμα μετοχή, αἰτωνυμία, ἄρθρον, ὀπίρρημα, σύνδεσμος, ἀρθεσις: nomen, verbum, &c. vt in textu numerantur. Accidentia declinabilibus communia sunt, εἶδος, ἀραιότερον καὶ παρέρωρον: species primitiua & deriuatiua: ῥήμα ἀπλοῦν, σύνδετον, καὶ παρ᾽σύνδετον: figura simplex, composita, & decomposita: tamen figura decomposita, id est, quum distinctio deducitur ab alia composita, non habet locum in pronominibus aut articulis: neque etiam species in articulis, nisi velis deriuare postpositiuum à præpositiuo: ἀριθμὸς ἑνικός, δυϊκός, καὶ πληθυντικός: numerus singular. dual. & plural. πρόσωπον πρῶτον, δεύτερον, τρίτον: persona prima, secunda, tertia: sed persona magis pronomini & verbo quam aliis conuenit. Porro partibus, quæ per casus declinantur, accidentia communia sunt, γένος ἀρσενικόν, θηλυκόν, καὶ οὐδέτερον: genus masculin. fœm. & neutrum: adde nomini κοινόν καὶ ὀπίκειον: commune & promiscuum: πῶσις ὀρθία ἢ ἐνιμασική, γυνική, ὀδοτική, αἰτιατική, καὶ κλητική: casus rectus siue nominatiuus, genitiuus, datiuus, accusatiuus, & vocatiuus: articuli tamen vocatiuum non habent. Verbo communia cum participio sunt, χρόνος ἐνεστικός, παρακλιτικός, παρακλιμένος, ὑπερσωτελικός, ἀόριστος, καὶ μέλλων: tempus præsens, imperfectum perfectum plusquamperfectum indefinitum, & futurum: γένος ἐνεργητικόν, παθητικόν, οὐδέτερον, κοινόν ἢ μέσον, καὶ ὀποθετικόν: genus actiuum, passiuum neutrum commune siue medium, & deponens. Verbum verò sibi soli vindicat ἑγκλιση ὀριστικῶν, παθητικῶν, διωτικῶν ὑποτακτικῶν, καὶ ἀπαρτίμετων: modum indicatiuum, imperatiuum, optatiuum subiunct. & infinitiuum. Sed de his hæcenus. 2 Possumus tamen vti plurali. quum de duobus tantummodo fiat sermo: atque non rarò inuenies poetas in eadem periodo nunc hoc nunc illo numero vsos: imò substantiuum interdum in vno

in vno, adiectiuum in altero numero collocant. idem iudicatio de relatiuo cum suo antecedente, ac de verbo cum suo nominatiuo. Cæterum confusus hic dualis ac pluralis numeri vsus habet tantummodo locum quum de duobus sermo habetur. si enim de pluribus verba fiant, non possumus dualem admiscere, sed solo plurali erit vtendum. 3 A signat hic generales quasdam regulas communes omnibus orationis partibus, quæ per casus inflectuntur. his si placet adice sequentes: Genitiuus pluralis semper definit in av. Accusatiuus pluralis in s, nisi in neutris. Genitiuus & datiuus duales in av, vel av, nisi in tribus pronomnibus primitiuis, de quibus postea: & in quarta declinatione quæ mutatur tertia in av. Datiuus pluralis fit à datiuo duali migrante, in s, nisi in quinta declinatione, & tribus illis pronomnibus. Accusatiuus singularis finitur in v cum vocali nominatiui, nisi in quinta, & tribus pronomnibus, ac neutris quibusdam, quæ accusatiuum nominatiuum similem habent iuxta regulam neutrorum, quæ assignat CLENDYVS in tertia declinatione. Item adiectiua neutra suis masculinis sunt similia in genitiuis & datiuis singularis ac pluralis numeri, atque in toto duali. Cæterum de datiuo singulari finito in s, aut in diphthongum impropriam s, r, q, vide Auchenii in Annotationibus in declinationes simplices.

Annotatiuncula

Articuli præpositiui.

Masculinus.

Fœmininus.

Neuter.

Annotatio de o.

Latini inter declinandum vsurpant hic, hæc, hoc; Græci verò articulum ὁ, ἡ, τὸ: quem vocant præpositiuum, quòd nominibus præponatur. Inflectitur autem sic: Mascul. Sing. Nominatiuus ὁ, hic. G. τῷ, huius. D. τῷ, huic. A. τὸν, hunc. Dual. N. & A. τῶ, hi & hos, de duobus. G. & D. τῶν, horum & his, de duobus. Plur. N. οἱ, hi. G. τῶν, horum. D. τοῖς, his. A. τοὺς, hos. Fœmin. S. ἡ, hęc, τῇ, τῶ. D. τῇ, τῶ. P. αὐτή, τῆς, ταύτης. Neut. S. τὸ, τῷ, τῷ. D. τῷ, τῶν. P. τὰ, τῶν, τοῖς, τὰ.

Articuli vocatiuum ignorant: pro quo in declinationibus vtitur adverbio vocandi ὦ, ὦ.

De articulis vide plura post tractatum Pronominum,

DECLINATIONES nominum quinque.

PRIMA est in as masculinorū, ὁ Αἰνείας, Aeneas, & in ns partim masculinorū, ὁ Χρύσης, Chryses. 1 partim cōmuniū, ὁ καὶ ἡ λησις, hic & hęc latro: quorum ge-

Prima nominum parasyllabicorum declinatio. as ns

2 nitius in ου, datius in α vel η diphthogum im-
3,4 propriam, accusatiuus in αν, vel λω, 4 vocatiuus in
α vel η, secundum terminationem nominatiui.
5 Dualia & pluralia conueniunt cum articulo fœ-
minino, ablato τ.

Elenchus termi-
nationum pri-
me.
Exēpla prima.

6 S. { ας, } { α, αν, α. } D. α, αν. P. ας, 6 ων, 7 ας, 8 ας, αι.
7 { ης, } { η, λω, η. }

8 S. ὁ Αἰνείας, τῆ Αἰνείης, τῶ Αἰνεία, τὸν Αἰνείαν, ᾧ Αἰνεία.

D. τῶ Αἰνεία, τοῖν Αἰνείαν, ᾧ Αἰνεία.

P. οἱ Αἰνείαι, τῶν Αἰνείων, τοῖς Αἰνείαις, τοῖς Αἰνείας, ᾧ Αἰνείαι.

ὁ Χρῦσης, τῆ Χρῦσου, τῶ Χρῦση, τὸν Χρῦσων, ᾧ Χρῦση.

ὁ καὶ ἡ λησης, τῆ καὶ τῆς λησου. & ita deinceps.

Annotatio de
Dialectis.

Quinque Græcorum linguæ præcipuæ, Cō-
munis, Attica, Ionica, Dorica, Æolica, ex quibus
Attici in omni declinatione vocatiuū similem
formant nominatiuo, ὁ & ᾧ Αἰνείας.

Atticismus.

De Dialectis
appendix.

Lingue Græco-
rum præcipuæ.
Lingue minis
præcipuæ.

ANTE QVAM De varietate huius declinationis secundum varia idio-
mata aliquid dicamus, prius videndum, quid intelligant Græci per huiusmo-
di linguas, siue dialectos, aut idiomatica: de quibus CLENARDVS in fine hu-
ius declinationis nonnihil attigit. quinque enim linguas præcipuas esse apud
Græcos ait, utpote quæ à magni nominis authoribus fuerunt celebratæ, &
quibus scripta penè infinita librorum volumina posteritati reliquerunt. Fue-
runt verò & aliæ multæ. tot scilicet quot fuerunt nationes, quæ Græco ser-
mone vterentur, veluti Bœotica, Sicula, Rhægina, Cretensis, Tarentina, Cy-
pria, Chalcidica, Macedonica, Argiua, Thessala, Laconica, Syraculana, Pam-
philica: verum minus præcipuæ meritò dici possunt, quòd illis nulli libri, qui
ad nostra vsque tempora peruenerint, scripti fuerunt. Itaque prorsus perii-
serunt, nisi alij authores suis libris quædam ex illis dialectis admiscuissent: vt
Aristophanes, qui in suis comœdiis, quanuis eas Attica lingua scripserit, in-
ducit interdum personas alterius nationis propria dialecto vtentes: vt Bœotica
Bœoticas mulieres. Alij quoque poëtæ propria quædam harum linguarum
vsurpant. Quare nonnulla adhuc illarum vestigia apparent: sed non vt earum,
quas Author hoc loco præcipuas vocat. Vt autem totum huiusce rei ne-
gotium tibi ob oculos proponatur, ac quid Grammatici per idiomatica intel-
ligant, penitus noscas, exemplo nostri Gallici sermonis tibi paucis rem o-
mnem aperiam. Quotquot hodie in foris iudicialibus ditioni Regis subdi-
tis versantur, neque solum ibi, sed passim inter omnes fermè non omnino ob-
scuros homines, Gallicè scribunt ac loquuntur: non tamen omnes ita tersè
vt ij qui Regis ædes, aut Parisiense forum frequentant: vt iudicatu difficile
non sit (si quis eos loquentes audiat, vel eorum scripta legat) ad quod idioma
illarum sermo accedat. Vix enim fieri potest, quin aliquid è propria siue ma-

Gallici idioma-
tis exēplo Gre-
carum dialecto-
rum varietas ex-
ponitur.

terna lingua retineant, etiam illis inuitis, ac Gallica lingua loqui nitentibus:
sunt tamen aliqui maximo ingenij acumine præditi, qui quasi vernaculæ lin-
guæ oblitii, tersè ac puro sermone vtuntur: imò peculiare quædam phrasè
ac dicendi modos ex famofarum, & in Gallico sermone magis probatarum vr-
bium dialectis veluti Atticismos obseruant, quibus quasi quibusdam stoculis
non rarò sua scripta ornatiora reddunt. Eodem fermè modo in Græcia olim,
omnes sermone quodam communi (cuius præcepta nunc in Grammaticis
traduntur) loqui ac scribere nitentur: sed in eis ferè semper aliquid proprii
ac materni idiomatis deprehendebatur, vt in Hippocrate Ionici, vnde erat o-
riundus, neque enim illi, cum in rebus magis quàm in verbis laboraret, curæ
erat omnes vuculas linguæ communis, quæ ad Atticismum maxime accede-
bant obseruare. At rursus aliqui verbis & phrasè non minus quàm rebus addicti
(quales fuerunt Demosthenes, Plato & Lucianus) non solum ad vnguem com-
munis linguæ phrasim obseruabant, sed etiam, vt communem ditare viderentur,
ex aliis idiomatibus, præcipuè ex Attico, nonnullas loquendi for-
mulas, vel etiam peculiare quædam voces, aut vocum flexus decerpebant:
quæ omnia tandem temporis successu communi vsu recepta sunt. Hæc au-
tem intelligo de his authoribus qui prosa oratione scripserunt. nam poëtæ
multò maiorem sibi licentiam permiserunt. Quum igitur audis Demosthe-
nem Atticè locutum, & Aristophanem Atticè locutum, quorum stylus est lon-
gè dissimilis, quanuis eodem sæculo floruerint, ne turberis, nam vterque com-
muni lingua scripsit: sed Demosthenes genere Atticus, quanuis communi ser-
mone, vt ab omnibus Græcis intelligeretur, loqui nitentur: tamen certas quæ-
dam voces ac dicendi formulæ ex Attico sermone depromptas, sibi quæ fami-
liares retinere gaudebat, quòd facundior videretur. Aristophanes verò, vt popu-
lo Atheniensi gratus esset, sermone plebi infimæ ac mulieribus familiari vti
studebat. Vt hodie Lutetia videre licet fabularum actores, vt risum auditorum
captent, vt sermone muliercularum, à communi Gallico nonnihil dege-
nerante, nam r in s non rarò commutant, reliquæque literas blesè ac compres-
sis labiis enuntiant. Patroni verò, qui in foro causas agunt, quanuis purè ac
propriè loqui studeant, & aliquid ex Lutetiano sermone decerpant, nonni-
hilque ex Aureliano, vbi fortè legibus operam nauarunt, ac rursus aliquid ex
huius vel illius celeberrimi ciuitatis idiomate, præcipuè verò è Regis domesti-
corum sermone depromptum: cauent tamen maxime, ne muliercularum mo-
re loqui videantur, si enim illarum sermonem imitarentur, fabula omnibus
essent, maximè que risu ab auditoribus exciperentur. Confer nunc Demo-
sthenis orationem cum ea, qua vtuntur hodie patroni in foro Parisiensi: Ari-
stophanis verò comœdias cum fabulis illorum histrionum, qui agendo sermo-
nem Lutetianæ plebeculæ familiarem representant. Itaque, vt eò vnde di-
gressi sumus nostra recurat oratio, Grammatici per Dialectos, Idiomatica
siue Linguas, nihil aliud intelligunt, quàm sermonis quandam proprietatem,
qua distinguitur loquelæ varietas, quæ semper solet contingere inter diuer-
sos eiusdem nationis tractus: cum hi paulò aliter loquantur quàm illi, ac cui-
que proprium quiddam è natali solo sit insitum: quod si bene auribus sonare
videatur, alij quoque vsurpare gaudent: & quod vni vrbi aut nationis paruo
tractui proprium erat ac peculiare, aliquo temporis interuallo in communem
linguam transfundunt: atque ita illam dicunt ex diuersis variorum tractuum
proprietatibus, quæ insigne quiddam & auribus gratum continebant. Ne igitur
mireris, si videas CLENARDVM, qui de Dialectis nihil prorsus in suis
Institutionibus præcipere decreuerat, sed tantum nonnullum communis lin-
guæ vsu, non semel nunc Atticismos, nunc Ionismos atque alias dialectos
inculcare, annotat enim tantummodò quid ex quaque lingua decerpserint
ij authores qui communi lingua scripserunt: veluti Demosthenes, Lucianus,
Plato, Aristoteles, ac reliqui ferè omnes, qui soluta oratione scripserunt: quan-

Similiculus
aristoteles.

Hippocrates.

Demosthenes.
Plato.

Lucianus.

Poëta licetiosus.
Demosthenes
& Aristophanes
Atticè & cõmuniter scripserunt.

Clenardi insti-
tuti in tracta-
tus Dialectis.
Demosthenes,
Lucianus, Pla-
to, Aristoteles,
qua dialecto
scripserunt.

uis Atticè scripsisse dicantur quòd scilicet plura ex Attico quàm alio idiomate decerpserint. Herodotus verò & Hippocrates Ionicè dicuntur scripsisse, quòd plura ex Ionica proprietate quàm ex alia desumpserint. Idem iudicatio de reliquis. Nos verò in his Scholiis non solùm quæ ab oratoribus & communi vñu ex variis idiomatibus recepta sunt, annotabimus, sed ea etiam quæ poetæ ex illis arripuerunt vel sua licentia, vt scilicet metri hiatum implerent, vel etiam nulla carminis necessitate coacti, sed potius vt *πῶς πῶς περὶ λόγου φράσιν* euitarent, vel quòd materna dialecto magis delectarentur: vt Aristophanes Attica, Homerus Ionica, Dorica Theocritus, & Æolica Alcæus, quanuis vernaculæ ac sibi familiari alias quoque admisceant. Herodotus etiam & Hippocrates, qui soluta oratione scripserunt, Ionica vtrique vernacula sunt maximè delectati. Cæterum vt aliquid in genere de his præcipiatur, breui schemate subiiciam, quid vnaquæque dialectus sibi veluti proprium vendicat.

Herodotus & Hippocrates qua lingua scripserint. Poetæ cur variis dialectis vsi sint. Aristot. Hom. Theoc. Alcæus, qua quisq; lingua scripserit. Herodotus & Hippocrates.

Generalia præcepta de Dialectis.

Attica ponit $\left. \begin{matrix} \rho \\ \tau \\ \xi \end{matrix} \right\} \text{pro } \sigma$ $\left. \begin{matrix} \sigma\alpha\rho\rho\epsilon\acute{\iota}\nu, \text{ pro } \sigma\alpha\rho\rho\epsilon\acute{\iota}\nu, \text{ confidere: id fit dum } \rho \text{ est ante } \sigma, \text{ vt in hoc exemplo.} \\ \gamma\lambda\omega\tau\tau\alpha, \text{ pro } \gamma\lambda\omega\sigma\alpha, \text{ lingua: hoc semper obseruatur, vbi est duplex } \omega: \text{ atque interdum vbi est simplex, vt } \tau\eta\mu\epsilon\rho\nu, \text{ pro } \sigma\eta\mu\epsilon\rho\nu, \text{ hodie.} \\ \xi\upsilon\mu\phi\epsilon\rho\nu, \text{ pro } \sigma\upsilon\mu\phi\epsilon\rho\nu, \text{ vtile: istud habet locum in compositis à præpositione } \sigma\upsilon\nu, \text{ cum.} \end{matrix} \right\}$

Gaudet præterea cōtractionibus, vt *πατρῶος*, pro *πατρῶος*, paternus: hoc fit, quando commodè duæ vocales in vnam possunt contrahi.

Coniungit etiam duas dictiones in vnam, vt *τοῦνομα*, pro *τὸ ὄνομα*, nomen: istud præcipuè fieri solet præcedentibus *τὸ, τὰ, καί, ἀπό,* & sequente dictione quæ incipiat à vocali. Vide **C L E N A R D V M** circa finem Annotationum in verba.

Ionica $\left. \begin{matrix} \alpha \\ \eta \\ \pi \\ \tau \end{matrix} \right\} \text{pro } \left. \begin{matrix} \alpha, \text{ ἡμέρη, pro } \eta\mu\epsilon\rho\alpha, \text{ dies: hoc fit, vbi communiter } \alpha \text{ est longū.} \\ \pi, \text{ κῶς, pro } \pi\omega\varsigma, \text{ quomodo: hoc fit in interrogatiuis \& \text{relatiuis.} \\ \phi, \text{ ἀπαιρούμαι, pro } \alpha\phi\alpha\rho\rho\upsilon\mu\alpha\iota, \text{ auferor: hoc obseruatur in } \theta, \text{ compositione. nam retinet tenues } \pi, \tau, \text{ vbi communiter mutarentur in } \phi, \theta. \text{ Vide } \text{C L E N A R D V M, vbi agit de augmento imperfecti. Habet quoque locum aliquando in simplicibus, vt } \delta\epsilon\kappa\omicron\mu\alpha\iota, \text{ pro } \delta\epsilon\chi\omicron\mu\alpha\iota, \text{ suscipio: \& } \delta\epsilon\kappa\omicron\upsilon\theta\eta\alpha, \text{ pro } \delta\epsilon\chi\omicron\upsilon\theta\eta\alpha. \end{matrix} \right\}$

Ad hæc Ionica, Atticæ hac in re contraria, nihil contrahit. non enim dicit *πρωῶ*, sed *πρωῶ*, facio, sine crasi.

Dorica $\left. \begin{matrix} \alpha \\ \omega \\ \delta\upsilon \end{matrix} \right\} \text{pro } \left. \begin{matrix} \eta, \text{ ἡμέρα, pro } \eta\mu\epsilon\rho\alpha, \text{ dies.} \\ \omega, \text{ μουσῶν, pro } \mu\omicron\upsilon\sigma\acute{\alpha}\nu, \text{ Musarum: hoc fit in genitiuo plurali primæ \& secundæ declinationis.} \\ \alpha, \text{ ζῆν, pro } \zeta\eta\nu, \text{ viuere: istud habet locum in contractionibus, quæ communiter ex } \alpha\iota; \text{ \& } \alpha\eta \text{ in } \alpha, \text{ \& ex } \alpha\epsilon\iota; \text{ \& } \alpha\eta \text{ in } \alpha. \text{ fierent, Doricè verò in } \eta \text{ monophthongum.} \\ \epsilon\iota, \text{ λαβῆν, pro } \lambda\alpha\beta\epsilon\acute{\iota}\nu, \text{ accepisse.} \\ \mu\acute{\omega}\sigma\alpha, \text{ pro } \mu\omicron\upsilon\sigma\alpha, \text{ Musa: hoc habet locū in nominibus, \& aliquando etiam in verbis, quum nulla est crasis.} \\ \Delta\eta\mu\omicron\delta\epsilon\upsilon\theta\eta\varsigma, \text{ pro } \Delta\eta\mu\omicron\delta\epsilon\iota\theta\eta\varsigma, \text{ Demosthenis: hoc obseruatur quoties } \eta \text{ venit ex contractione facta ex } \epsilon\omicron \text{ vel } \epsilon\upsilon, \text{ \& quoties } \eta \text{ in verbis haberet accentum circumflexum, quanuis non veniat ex contractione, vt } \alpha\lambda\omicron\mu\alpha\iota, \text{ salio, futurum medium } \alpha\lambda\omicron\upsilon\mu\alpha\iota, \text{ \& Doricè } \alpha\lambda\iota\upsilon\mu\alpha\iota, \text{ saliam.} \\ \tau\upsilon\pi\lambda\omicron\upsilon\sigma\alpha, \text{ pro } \tau\upsilon\pi\lambda\omicron\upsilon\sigma\alpha, \text{ verberans: hæc mutatio fit in participiis fœmininis barytonorum. } \text{Æoles quoque}$

Æolismu.

que eodem modo $\alpha, \delta, \& \epsilon\iota$, pro η ponunt. $\left. \begin{matrix} \tau \\ \sigma \\ \varsigma \\ \alpha \\ \omega \\ \phi \\ \tau \\ \mu \end{matrix} \right\} \text{pro } \left. \begin{matrix} \sigma, \text{ τὸ, pro } \sigma\acute{\iota}, \text{ tu.} \\ \delta\acute{\iota}, \text{ δῆς, pro } \delta\epsilon\delta\acute{\iota}, \text{ Deus.} \\ \nu, \text{ τῦπ\omicron}\mu\epsilon\iota\varsigma, \text{ pro } \tau\upsilon\pi\omicron}\mu\epsilon\nu, \text{ verberamus: hoc fit in omnibus primis personis pluralibus finitis in } \mu\epsilon\nu. \\ \epsilon\iota, \text{ αἰετ\omicron}, \text{ pro } \alpha\iota\epsilon\tau\omicron \text{ vel } \epsilon\iota\epsilon\tau\omicron, \text{ fi: \& } \pi\acute{\omicron}\mu\epsilon\tau\omicron, \text{ pro } \pi\omicron\tau\epsilon, \text{ aliquando.} \\ \epsilon\iota, \text{ αἰετ\omicron}, \text{ pro } \epsilon\iota\epsilon\tau\omicron, \text{ fidicimus etiam } \alpha\iota\epsilon\tau\omicron\nu \text{ \& } \epsilon\iota\epsilon\tau\omicron\nu: \text{ \& sine pleonasmō } \tau\eta \text{ κα\acute{\nu}, \alpha\iota, \text{ pro } \epsilon\iota, \text{ fi.} \\ \omega\iota, \text{ ποιμηνῶς, pro } \pi\omicron\iota\mu\epsilon\nu\eta\kappa\omicron\varsigma, \text{ pastoralis.} \\ \kappa\iota, \text{ τῆνος, pro } \kappa\epsilon\iota\acute{\nu}\omicron\varsigma \text{ vel } \epsilon\kappa\epsilon\iota\acute{\nu}\omicron\varsigma, \text{ ille.} \\ \tau\iota, \text{ πόνε\tau\omicron}, \text{ pro } \pi\omicron\tau\epsilon, \text{ aliquando.} \end{matrix} \right\}$

Detrahit quoque ϵ ex diphthongo $\sigma\epsilon\iota$, vt *λαβῆν*, pro *λαβῆν*, accepisse. In diphthongis impropriis α, η, ϕ , iota subscriptum negligit, vt *τῶ αἰετῶ*, *Æneæ*.

Vtitur etiam interdum casibus pluralibus pro fœmininis singularibus, vt *καλλῆ*, pro *καλλῆς*, formosa.

Geminatis quoque $\alpha\varsigma, \tau\tau, \pi\pi$, pro simplicibus vtitur, vt *ἄων*, pro *ἄων*, quantum: *ἄππ*, pro *ἄππ*, quòd: *ἄπππ*, pro *ἄππ*, vbi, quòd.

Æolica $\left. \begin{matrix} \alpha \\ \omega \\ \pi\tau \end{matrix} \right\} \text{pro } \left. \begin{matrix} \eta, \text{ ἡμέρα, pro } \eta\mu\epsilon\rho\alpha, \text{ dies: id fit Dorum more: sed Doricè huiusmodi } \alpha \text{ producitur, \& } \text{Æolicè corripitur.} \\ \omega, \text{ ἰδῶσα, pro } \iota\delta\epsilon\omega\sigma\alpha, \text{ videns: hoc fit præcipuè in participiis fœmininis in } \omega\sigma\alpha, \text{ quæ cōmuniter circumflectunt } \acute{\alpha}. \\ \omicron, \text{ ὁμοίς, pro } \eta\mu\omicron\iota\varsigma, \text{ similis.} \\ \mu\mu, \text{ ὄππατες, pro } \omicron\phi\mu\iota\varsigma\tau\alpha, \text{ oculi.} \\ \epsilon\iota, \text{ ἰλθῆν, pro } \iota\lambda\theta\epsilon\acute{\iota}\nu, \text{ venisse.} \end{matrix} \right\}$

Retrahit etiam accentum acutum ab vltima syllaba in penultimam in dissyllabis, & in antepenultimam in polysyllabis: vt *καλλῶς*, pro *καλλῆς*, pulcher: *πῶταμος*, pro *ποταμῶς*, fluuius.

Addit quoque ϵ accusatiuis quorundam nominum fœmininorum, vt *καλλῆς*, pro *καλλῆς*, pulchras.

Præterea β ante ρ ponit, vt *βρόδον*, pro *ρόδον*, rosa.

Vtitur etiam præpositione *κατὰ*, pro *μετὰ*, cum.

Denique dictiones à quacunque vocali inchoatas tenui spiritu afficit, vt *ἡλιος*, pro *ἡλιος*, sol.

Atque hæc de Dialectis in genere dicta sufficiant. Ne verò credas ea quæ hic diximus, passim in omnibus dictionibus obseruari. non enim ista locum habent, nisi in certis quibusdam vocibus, & certis casibus partium orationis, quæ per casus inflectuntur, atque in certis quibusdam personis & temporibus verborum: veluti planum vnicuique esse potest & ex iis quæ iam hoc loco attigimus, & ex iis quæ à nobis sparsim per totam hanc Grammaticam annotantur. vsum enim eorum, quæ hic cum vnicò duntaxat exemplo in genere proposuimus, particulatim ostendemus, si ex iam dictis colligi non possit. Adiciemus quoque nonnullas alias regulas minùs generales iuxta locorum opportunitatem: Hoc itaque in primis fuerit notatu dignum, Iones toto singulari & datiuo plurali primæ & secundæ declinationis mutare α longum vltimæ syllabæ in η (exceptis quibusdam primæ, quorum Dorica declinatio est in vsu, quæ in Annotationum tractatu in declinationes simplices à nobis enumerabuntur) & contrà Dores mutare η in α . Atque ita fit, vt *Αἰνείας* declinetur Ionicè, vt *Χρῆστος* communiter: & rursus *Χρῆστος* Doricè, vt *Αἰνείας* communiter. Porro in datiuo plurali quum α Ionicè migrat in η , iota sequens subscriptur, ac pro *Αἰνείας* dicimus *Αἰνῆας*: sic *μουσῶς*, pro *μουσῶς*, Musis.

Dialectorum varietati vbi sit locus.

Annotationes. Ionismu. a in η. Dorismu. η in α. Datium pluru. Ionismu. ας in ης.

Communia in prima non inueniuntur.

Genitiuus sing. Accusatiuus.

Genitiuus plur. Datiuus. Accusat.

Secunda declinatio.

Elenchusterminationum secunde.

Exempla.

Annotation.

Genitiuus plur.

Paragoge syllabe phi in secunda, tertia & quinta.

1 Nullum aliud nomen primæ declinationis est communis generis præterquam *ἄσθε*: atque istud dicitur commune eadem ratione, qua *latro* & *homo*, & Latinis, cum tamen vix vnquam, ac ne vix quidem, illa epitheto *foemino* iuncta inueniantur, aut Græcè aut Latinè. Itaque dicitur omnia primæ esse masculina. ² Doricè *α*: Æolicè & Bæoticè *αο*: Ionicè *εω*, accentu in antepenultima: Poëticè verò *ω*, ex Ionico per crasim. ³ Ionicè interdum *εα*. ⁴ Si plura de vocatiuo desideras, vide Annotationes in declinationes simplices, circa principium. ⁵ Id est, si ex articulo foemino dualis ac pluralis numeri auferas *τ*, habebis terminationes primæ declinationis in iisdem casibus & numeris: sed cum articulus careat vocatiuo, sumenda erit nominatiui eiusdem numeri terminatio, eandem enim habent terminationem, vt iam ab Authore dictum est. ⁶ Doricè *αν*: Æolicè & Bæoticè *αων*: Ionicè *εων*. ⁷ Datiuus pluralibus cuiuscunque declinationis in *ς* desinentibus additur *ς*, Atticè, Ionicè & Æolicè. ⁸ Ionicè interdum *εας*.

SECUNDA declinatio tantum est foeminarum, quæ desinunt vel in *α*, ἡ *μουσα*, *μυσα*: vel in *η*, vt *τιμη*, *honor*: genitiuus in *ης*, datiuus in *η* diphthongum, accusatiuus in *αν*, vel *ω*, vocatiuus in *α* vel *η*, iuxta terminationem nominatiui. Dualia & pluralia perinde se habent atque in prima declinatione.

1 S. $\left\{ \begin{matrix} α_2 \\ η_2 \end{matrix} \right\} \left\{ \begin{matrix} η_5, η_2 \\ λω, η \end{matrix} \right\} \left\{ \begin{matrix} αν, α \\ λω, η \end{matrix} \right\}$ D. *α*, *αν*. P. *α*, ¹*ων*, *αις*, *ας*, *αι*.
 ἡ *μουσα*, τῆς *μούσης*, τῇ *μούσῃ*, τῶ *μοῦσαν*, ᾧ *μοῦσα*.
 ἡ *τιμη*, τῆς *τιμῆς*, τῇ *τιμῇ*, τῶ *τιμῶ*, ᾧ *τιμή*.

Finita in *δα*, *θα*, *θα*, & *α* purum (hoc est quod non subsequitur consonantem) faciunt genitiuum in *ας*, datiuum in *α* diphthongum. *Λήδα*, *Λήδας*, *Λήδα*, *Leda*: *Μάρθα*, *Μάρθας*, *Μάρθα*, *Μάρθα*: ἡμέρα, ἡμέρας, ἡμέρα, *dies*: *φιλία*, *φιλίας*, *φιλία*, *amicitia*.

1 VARIETATEM Dialectorum recipit omnino vt genitiuus pluralis primæ. In aliis casibus nulla est varietas, quam ex his quæ iam dicta sunt, non possis colligere. Hoc tamen sciendum, multa huius declinationis nomina syllabæ *φ*, vel *ων* adiectionem apud poëtas recipere: quod dum fit, quæ desinunt in *α*, modò illud retinent, modò Ionico more in *η* mutant, vt *Ουρανια*, *Ουρανιας*, *Vrania*: *βία*, *βίης*, *βίη*; *violentia*. quæ verò in *η* desinunt, nihil mutant: vt *ἄνθη*, *ἄνθης*, *cubile*. Idem accidit quibusdam nominibus tertiæ: sed ex *ος* & *ων*, *ς* & *ων* prius abiciunt, vt *κρατὸς*, *κρατόρι*, *exercitus*: *ὄσειν*, *ὄσειφι*, *ος* *οἴσι*:

ossis: sic in pronomine *αὐτός*, *αὐτόφι*, *ipse*. In quinta quoque declinatione neutra quædam in *ος*, & foemina in *ων*, idem patiuntur: sed in *ος*, ο prius vertitur in *ς*, vt *σῆδος*, *σῆδοσι*, *pectus*. In foemininis verò in *ων*, prius facimus genitiuum in *ωνος*, ac deinde migrante *ς* in *φι* fit nomen poëticum, vt ἡ *κοτυληδών*, *genit. τῆς κοτυληδῶνος*, vnde *κοτυληδῶνφι*, *coxa*. Porro huiusmodi nomina poëtica, sunt indeclinabilia. Patiuntur præterea hæc tres declinationes apocopen, vt in secunda *γλῶ*, pro *γλῶν*, pupillam: *γλῶφον*, pro *γλῶφον*, antrum: ex *κέρων* verò Atticè fit *κέρων*, & Ionicè *κέρων*, caput, non *κέρων*: in quinta τὸ *δῶ*, pro *δῶν*, domus: quod non solum in nominatiuo, sed per omnes casus singulares huius declinationis fieri solet, vt τὸ *Αἴαν*, τῷ *Ἰδῶ*, τὸν *Ἀπόλλων*, pro *Αἴαντος*, *Ἰδῶτι*, *Ἀπόλλωνα*, id est *Aiacis*, *sudori*, *Apollinem*. Huiusmodi apocope fit potius syllabæ quàm vnus tantum literæ: in paucis enim perditur sola litera, vt *γάλα*, pro *γάλας*, lac: *ἄσειρα*, pro *ἄσειρα*, pinguedo: sic *γλῶ*, de quo supra.

Apocope in tribus declinationibus.

TERTIA declinatio complectitur masculinam, foemina & communia in *ος*, ὁ *λόγος*, *sermo*: ἡ *ὄδδος*, *uia*: ὁ *καὶ* ἡ *ἄνθρωπος*, *homo*: & neutra in *ον*, τὸ *ξύλον*, *lignum*: vocatiuus in *ε*, genitiuus, datiuus & accusatiuus, item dualia & pluralia sequuntur articulum masculinum & neutrum.

Tertia declinatio. ος ον

20 S. $\left\{ \begin{matrix} ος_2 \\ ον_2 \end{matrix} \right\} \left\{ \begin{matrix} ω_2 \\ ον_2 \end{matrix} \right\} \left\{ \begin{matrix} ον_2, ε \\ ον_2, ον_2 \end{matrix} \right\}$ D. *ω*, ³*ων*. P. $\left\{ \begin{matrix} ος_2 \\ α_2 \end{matrix} \right\} \left\{ \begin{matrix} ων_2, ος_2 \\ α_2, α_2 \end{matrix} \right\} \left\{ \begin{matrix} 4ος_2, ος_2 \\ α_2, α_2 \end{matrix} \right\}$

2,3 Elenchusterminationum tertia. 4 Exempla.

ὁ *λόγος*, τῷ *λόγῳ*, τῶ *λόγῳ*, τὸν *λόγον*, ᾧ *λόγῳ*.
 ἡ *ὄδδος*, τῆς *ὄδδῶ*, τῇ *ὄδῶ*, τῶ *ὄδῶ*, ᾧ *ὄδέ*.
 ὁ *καὶ* ἡ *ἄνθρωπος*, τοῦ *καὶ* τῆς *ἀνθρώπου*, & *ς*.
 τὸ *ξύλον*, τοῦ *ξύλου*, τῶ *ξύλῳ*, τὸ *ξύλον*, ᾧ *ξύλῳ*.

25 Neutorum tres casus similes: nominatiuus, accusatiuus & vocatiuus: qui in singulari numero varias habet terminationes in quinta declinatione, pluraliter autem semper exeunt in *α*.

Annotation de nominibus neutris.

30 LOCVS Hic exigit, vt de nominum genere aliquid dicamus, quò possis discernere foemina aut communia in *ος*, à masculinis. Ac primum generales quasdam regulas subiiciemus, quibus sola significatione genus poterit dignosci, tam in quinta quàm tertia declinatione. in aliis enim hæc generum diuersitas non habet locum, nisi paululum in quarta, vt suo loco dicemus. Cæterum de adiectiuorum genere nihil in his declinationibus à nobis expectes. nam in Annotationibus in nomina adiectiua, illorum genus demonstrabitur. Hic itaque tantum de substantiuis agemus: quæ aut propria sunt, aut appellatiua. & propria quidem virorum siue deorum, mensium & fluminum sunt masculina: propria verò mulierum siue dearum, vrbium, insu-

De nominum genere regule generales. Genus substantiuorum hinc seculum traditur. Masculina propria. Foemina propria.

Appellatiua mascul. femin. conyunt.

